



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Gregorij Theopolitani Episcopi ab hac vitæ migratione. Capvt XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

EVAGR. HISTORIAE

De Gregorij Theopolitani Episcopi ab hac vita  
migratione. CAPVT XXIII.

**N**ON longo tempore post, Gregorius podagra cor-  
reptus, qua maximè torquebatur, cum medicamen-  
tum ex Hermodactylo (sic enim vocatur) confe-  
ctum, quod medicus quidem ei dedisset ebibisset, exiit è  
vita. Moritur autem tempore quo Gregorius, qui succe-  
rat Pelagio, episcopatum antiquæ Romæ gescit, nouæ au-  
tem Ioannes, & Alexandriæ Eulogius, ut supra dixi, & A-  
nastasius Antiochiæ, qui post viginti tres annos ad suam se-  
dem restitutus fuisset, & Hierosolymorum Ioannes, qui  
paulo post obiit mortem, & nemo adhuc ad illius Episco-  
patus gubernacula capessenda designatus est.

Hoc loco historiæ finem imponere animus est, anno sci-  
licet duodecimo regni Mauricij Tiberij imperatoris Ro-  
mani, resque quæ deinceps sequuntur, his quibus libitum  
fuerit, narrandas, monumentisque literarum prodendas re-  
linquere. Quod si quicquam à nobis vel omissum negligé-  
tia, vel minus accurate expositum videatur, nemo nobis cri-  
mini det, illud secum cogitās, nos historiam dispersam dis-  
sipatamque in vnum collegisse, quò utilitati hominū quo-  
rum gratia tantos & tam graues labores suscepimus, inser-  
uiremus. Aliud præterea opus à nobis elaboratū est, quod  
relationes, epistolas, decreta, orationes, disputationes, & a-  
lias res nonnullas competitur. Relationes autem, quæ in  
eo cōtinentur, sunt maximam partem ex persona Gregorij  
episcopi Antiochiæ factæ. Pro quibus duos honoris gra-  
dus consecuti sumus, Quæsturam à Tiberio Constantino,  
& munus tabularum seruandarum, in quibus præfectorum  
noīa inscribebāur, à Mauricio Tiberio, quo regnāte,  
eas relationes composuimus, idque eo ipso tem-  
pore, quo Theodosium, qui tum ei tum  
reip. principium felicitatis cu-  
iusque generis dabant,  
in lucem edidit.

FINIS.

L A V S D R O;